Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



AD THESSALO

Gratias agere debemus semp deo pro
nobis fratres sicut dignum est quo
niam supercrescit fides uestra & abundat
caritas unius cuiusque uestrum in inuicem
ita ut & nos ipsi in nobis gloriemur in
ecclesiis dei pro patientia uestra et fide
in omnibus persecutionibus uestris &
tribulationibus quas sustinetis in ex
emplum iusti iudicii dei ut digni ha
beamini regno dei pro quo & pati
mini. Si tamen iustum est apud deum
retribuere tribulationem his qui uos
tribulant & uobis qui tribulamini re
requiem nobiscum in reuelatione dni
nostri iesu christi de celo cum ange
lis uirtutis eius in flamma ignis da
tis uindictam his qui non nouerunt
deum & his qui non obediunt euan
gelio domini nri iesu christi. Qui &
penas dabunt in interitum eternum a
facie dni et a gloria uirtutis eius cum
uenerit glorificari in sanctis suis et
ad mirabilis fieri in omnibus qui cre
diderunt testimonium nrm super uos
in die illo. In quo etiam oramus semp
pro uobis ut dignetur uos uocare
uocatione sua deus noster & impleat
omnem uoluntatem bonitatis fidei
et opus fidei in bona uirtute ut cla
rificetur nomen domini nostri iesu
christi in uobis & uos in illo secundum
gratiam dei nri iesu christi. Amen.

Rogamus autem uos fratres per aduentum
domini nostri iesu christi &
nostre congregationis in ipsum
ut non cito moueamini a uestro sensu
neque terreamini neque per spiritum neque per
sermonem neque per epistolam tamquam per
nos missam quasi instet dies domini
ne quis uos seducat ullo modo. Quoni
am nisi uenerit discessio primum & reue
latus fuerit homo peccati filius perdi
tionis qui aduersatur et superextollitur
supra omne quod dicitur deus aut quod colitur ita ut
in templo dei sedeat ostendens se tam
quam sit deus. Non retinetis quod cum
adhuc essem apud uos hec dicebam
uobis. Et nunc quid detineat scitis
ut reueletur in suo tempore. Nam mys
terium iam operatur iniquitatis tan
tum ut qui tenet nunc teneat donec de me
dio fiat. Et tunc reuelabitur ini
quus quem dominus iesus interfi
ciet spiritu oris sui et destruet illus
tratione aduentus sui eum cuius est
aduentus secundum operationem sathane
in omni uirtute & signis & prodigiis
mendacibus & in omni seductione
iniquitatis his qui pereunt eo quod
caritatem ueritatis non receperunt
ut salui fierent. Ideo mittet illis
deus operationem erroris ut credant
mendacio et iudicentur omnes qui
non crediderunt ueritati sed consensi
erunt iniquitati. Nos autem debemus
gratias agere deo semp pro uobis
fratres dilecti a deo quod elegerit uos
deus primitias in salutem in sancti
ficationem spiritus & fide ueritatis cui
et uocauit uos per euangelium nrm
in acquisitionem glorie domini nostri
iesu christi. Itaque fratres state & tene
te traditiones quas didicistis siue